

Ius in scriptura passim occurrunt exempla: ut, Ne libertatem in occasionem carnis, deest, detis. Quae singula Apopsiope si recte subjiciuntur.)

Exempla promiscua alia.

Matth. 9. 6. *Vt autem sciatis potestatem habere Filium Dei in terrâ remittendi peccata, deest: Etiam sanitas agroti huic restituetur.*

Luc. 14. de ficu. *Et siquidem fructum fecerit, (deest, bene erit vel non excindetur (si autem non, postea excindet eam.*

Luc. 19. 4. *Videns civitatem, flevit super illam & ait: Si cognovisses in die tuâ hæc ea, quae ad pacem tuam scil. pertinerent, etiam curares.*

Rom. 5. 16. *Et non sicut per unum qui peccaverat (deest, omnes pereunt) ita donum. Nam iudicium (peccatum condemnans) ex uno) deest, propagatur carnali generatione) ad condemnationem. Donum autem seu gratia ex multis delictis (deest, liberat seu salvat) ad justificationem.*

1. Cor. 6. 13. *Esca ventri, & venter escis, scil. destinata.*

Rom. 11. 11. *Per lapsum illorum salus scil. contingit.*

Ibid. v. 16. *Quod si primitia sancta, & conspersio (deest, sancta est) & si radix sancta, & rami (scil. sancti erunt.)*

Gal. 1. 1. *Paulus neq; ab hominibus neque per homines, deest, vocatus vel missus.*

Georg. 3. *Densior hinc soboles, hinc pressi copia lactis, scil. est.*

Eclog. *Cantando tu illum? aut unquam tibi fistula cera iuncta fuit? Item:*

Novimus & qui te transversa tuentibus hircis,

Et quo. Sed faciles Nympha risere sacello.

Æneid. 9. *Ecquis erit mecum juvenes qui primus in hostem!*

Terent. in And. *Quem quidem ego, si sensero.*

Idem in Eunuch. *Egone illum? qua illum? qua me? qua non! Sine: mori me malim. Sentiet qui vir siem.*

Revocat: redeam? non nisi me obsecret.

Cave te sentiam: scil. obloqui aut respondere.

Missum